IOHANNIS FERRARII MONTANI, AD TITULUM PANDECTARUM, DE REGULIS IURIS, INTEGER COMMENTARIUS.

Χάσπαρος ὁ ῥοδόλφου.

βίβλον Ἰωάννης ὁ σιδηρεὺς τεύξατο τήνδε,
τὴν ῥά γε δωδεκαλίθῳ κεῖνος ἔγραψε λόγῳ
τῇ γενικαῖ κεφαλαῖ ἐπιμαρμαίρουσι θεμίστων,
ἔγγραφος ὅττι δ' ἔχει, χἄγγραφος ἰδὲ νόμος.
Αἰδῶ δικαιοσύνης τοίνυν φίλε, καὶ πάλα τρίψον
ἰθὺν ἐρχόμενος λαίλαπ' ἅπαντα τέλη.

CUM GRATIA ET PRIVILEGIO ad Quadriennium.

Apud Marpurgum Hessorum, ex officina Eucharii Cervicorni Agrippinatis, Anno 1536 mense Septemb.

Arondo
es de la librería de el Colegio
de el m.te Olivete de esta Univ.d de Salamanca
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

AMPLIS MO, CONSVLTISSIMOq; VIRO IOHANNI FICI NO HESSIAE CAN CELLARIO.

IO. FERRARIVS MONTANVS Bene agere.

Vi huius ſecu li faciē uel pa- rūper conſide rauerit, (Can- cellarie mul- tis nominibus ampliſſime, in quo non ſolū à morum pro bitate morta- les deflectūt, ſed etiam optimarum diſciplinarum ratio- nē, quibus uita ipſa formari ſolet, magis ma- giſq; aſpernantur,) nō poteſt quin magnum animi dolorem cōcipiat, præſertim ubi Chri ſtianum orbem ſanctis adeoq; rectiſſimis le gibus compoſitum, in eam mentis ueſaniam adactum uidet, ut mores induerit, quos cor- ruptiſſimus quiſpiam inter ethnicos uix ad- miſiſſet, tantū abeſt ut uulgo recepti fuiſſent, quibus cum ſic detineor uerbum illud Vel-

IOHANNIS FERRARII MONTANI AD REGVLAS IVRIS CIVILIS COMMENTARIVS.

Lex .I. Paulus.

REGVLA EST, quæ rem, quæ eſt, breuiter enarrat. Nõ ut ex regula ius ſumatur, ſed ex iure, quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & (ut ait Sabinus) quaſi cauſſæ coniunctio eſt. Quæ ſimul cũ in aliquo uitiata eſt, perdit officiũ ſuum.

Maximam regularum iuris ciuilis utilitatẽ eſſe etiam hinc perſpectum habemus. Quod cum memoria hominis nõ ſic perpetua ſit, ut excepta ſtatim ſuggerere, atq; exigentibus nobis reddere queat. Viſum eſt Triboniano aliiſq; illuſtribus uiris digeſto iam pandectarum iure etiã earum rerum quæ hactenus diffuſius expoſitæ eſſent, regulas quaſdã, & quaſi communes atq; ſubinde commodantes locos in ordinẽ cogere, & nobis ob oculos ponere. Vnde, ſi prægustata ad quẽnis caſum non ſic occurrerent, perinde atq; ex cõ- Regularũ commoditas.